



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

50. An Moniales cum lice[n]tia Abbatissæ, seu Prælata possint præbere  
confessario ultra justu[m] stipendum assignatum aliquid amplius? Ex quo  
infertur, quod qua[n]do famuli serviu[n]t Monasterio cum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# De Paupertate Religiosa. Ref. XLVIII. &c. 269

præcesserunt: nam donatio antidoralis, quæ dicitur remuneratoria, non est propriæ, & strictè donatio, vt aperte colligitur ex l. *Atrilium Regulus ff. de donationibus.* Et ratio est: quoniam, qui donat, gratis omnino, & liberaliter donat: sed remuneratoria donatio sit propter beneficium, quo aliquis benè de nobis meritus est: efficit ergo hac donatio de re ex gratitudinis virtute, moralique honestate debita, & hac de causa non debet computari inter simplices donationes. Ita Homobonus in *exam. Eccles.* par. 1. tract. 1. cap. 6. queſt. 28. Valerus *vbi sup. ver. donatio*, diff. 2. num. 2. Ioan. de la Cruz in *director.* conscient. part. 1. precep. 7. art. 2. dub. 2. Azorius part. 3. lib. 11. c. 1. q. 4. & cap. 2. q. 3. Molina de *inst. tom. 1. tract. 2.* dif. 2. 4. n. 3. & communiter *Iurisconsulti*, & *Theologici*: & in terminis nostræ Bullæ ita etiam docuit Hieronymus de Cenedo de *paupertate relig.* dub. 27. per tot. Bartholomæus à S. Fausto in *thes. Relig.* lib. 8. q. 227. num. 4. Riccius in *praxi.* tom. 1. & in par. decisi. 227. n. 4. Bonacina de *contract.* disp. 3. 9. 12. punt. 1. n. 6. Paulinus Berti in *exposit.* huius Bullæ, queſt. ultim. cas. 7. Ioan. Valerus in *differ. viriisque fori, verb. munera,* num. 97. Rodriguez in *queſt. regul.* par. 1. q. 27. art. 6. Scortia in *Conſtit.* Pont. epit. 158. theor. 396. Peirinus de *Relig.* tom. 1. cap. 2. q. 2. §. 6. & ante omnes Soala in *exposit.* huius Bullæ §. 1. n. 5. & 6.

3. Refat modò respondere ad argumenta contraria. Ideò ad primum respondeo, Pontificem in hac Bulla prohibere illas donationes indirectas, quæ sunt in præjudicium Monasterij: & tales non sunt donationes remuneratoriae; sed potius in utilitatem, & beneficium ipsius Monasterij: quia haec donationes conferuntur propter beneficia, & utilitatem receptam, & incitant benefactores ad magis in posterum beneficendum. Ex quibus patet, licet esse munera largitiones, quæ sunt benefactoribus Monasteriorū, & etiam iis, qui sperantur aliquando posse benefacere. quia similes largitiones dantur ad lucrum, sive (si ita loquiscit) ad vñram, & potius in commodum, quam in damnum Monasteriorum redundant: quod nota quia quotidianum.

4. Ad secundum, exploditur sententia illorum DD. ut rectè probat Sanchez de *martr.* tom. 1. lib. 6. dif. 6. n. 11. & sequent. Turrianus in 2. 2. tom. 2. dif. 76. dub. 6. Cenedo *vbi suprā*, numer. 18. & alii, qui communiter calcule assertunt, valere donationem inter virum, & vxorem, si donatio remuneratoria sit. Sed quia tales donationes remuneratoriae à Religiosis facta possunt esse vñra merita, & excedere beneficia recepta, queritur modò.

## RESOL. XLVIII.

An Religiosi, & Moniales possint largiri non solum dona equipollentia meritis, sed etiam vñtra? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 16.

§. 1. N egatiū videtur respondendum: nam donatio remuneratoria debet meritis æquipollente, & in eo excessu est donatio simplex. Ita doctissimus Ioan. Petrus Surdus in *suo consilio lib. 1. cons. 164.* num. 33. & Doctores penes ipsum, & probatur in l. si *ponit* §. circa. ff. de *donat.* inter vir. & uxori. Vide etiam *Parism lib. 3. cons. 90.* num. 14. Chafaneum *cons. 7.* num. 11. Menochium de *arbitr.* indic. cas. 132. n. 5. & alios.

2. Sed, quia, ut ait D. Thom. 2. 2. queſt. 106. art. 1. gratitudinis lex postulat, sive plus reddi, quam sit acceptum, id ē in terminis nostræ Constitutionis puto cum Ioan. Vallerio, *vbi sup. num. 97.* Religiosos,

Tome VII.

seu Moniales non solum posse, quantum satiseſt, ad satisfaciendum muneribus obsequiis, acceptis; sed etiam aliquid ultra, bitrio boni, & cordati viri donare. Et pro hac sententia Valerus citat Cordubam, & Nauarrum, & illam nouissimè tenent Cenedo, & Sanchez *vbi suprā.*

3. Et ut aliquid in particulari ad tollendos scrupulos dicamus, puto donationem remuneratoriam esse contra Constitutionem Clementis, quando excedit valorem meritorum, & beneficiorum in quarta parte. Ut si, v. g. valeant duodecim, & à Religioso, seu Moniali, donentur sexdecim. Sic tenet Barbolæ in l. qua datis 34. num. 60. ff. *soluto matrim.* & Nauarrus de reddit. queſt. 1. num. 91. & probabilem hanc opinionem vocat Sanchez de *matr.* tom. 1. lib. 6. num. 9. & post illum Hieronymus Cenedo de *paupertate religiosa.* dub. 17. n. 13.

## RESOL. XLIX.

An licet aliquid dare proprio loci Ordinario ex causa benedictionis, vel susceptione habitus Religiosi, seu professionis Monialium? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 24.

§. 1. Negatiū videtur respondendum ex verbis Bullæ. Et ita docet, illam explanando, Paulinus Berti p. 2. fol. 416. col. 2. Hieronymus à Sorbo in *compendio privileg.* ver. dare, fol. 194. & alij.

2. Non tamen reticebo, Ioan. Valerum in *suis differ. viriisque fori, verb. munera,* num. 81. supra dicta verba Bullæ intellexisse de muneribus pecuniaris, ac de aliis donis, tanquam pro pretio predicatorum spiritualium; leuis si gratis aliqua dentur in remunerationem, ut probat textus in cap. 2. placuit. 1. queſt. 2. Ingratitudo enim ad minimum est peccatum veniale, ut probat D. Thomas 2. 2. queſt. 107. art. 3. Abit tamen credere, Papæ mentem fuisse tollere gratitudinis virtutem, maxime à personis religiosis, eximeréque Moniales ab ea obligatione, per quam cuncti tenent exhibere nos gratos beneficentibus nobis c. Ecc. inuncta ibi Glos. 12. queſt. 2. Faciunt latè tradita per Nauarrum, circa hanc obligationem gratitudinis, & remuneracionis, in lib. de reddit. eccl. queſt. 1. n. 36. Hæc omnia Valerus.

## RESOL. L.

An Moniales cum licentia Abbatissæ, seu Prelata possint præbere Confessario ultra instaur stipendiū assignatum aliquid amplius?

Ex quo, infertur, quod quando famuli seruunt Monasterio cum magna fidelitate, his etiam ultra salarium iustum potest dari aliquid amplius, quia non est propriæ donatio, sed beneficij remuneratio. Ex p. 1. tit. 6. Ref. 17.

§. 1. Respondeo affirmativè, si seruat cum magna charitate, patientia, affiditate, &c. Ita in terminis Scortia in Bull. Pont. epit. 158. theor. 395. Bartholomæus à S. Fausto in *thes. Relig.* lib. 8. queſt. 227. num. 7. vbi sic ait: [Quando famuli pro certo salario inferuunt Monasterio cum magna fidelitate: his etiam, ultra salarium iustum potest dari aliquid amplius; quia non est propriæ donatio, sed beneficij remuneratio.] Si ille. Et ante hoc etiam docuerat Paulinus Berti in *explicat.* huius Bullæ, queſt. vlt. cas. 6. fol. 423. Sed hæc omnia, & similia limita, & intellige nisi praæcepto Superioris

Z. 3. rectata

Quæ nunc arcta sit in hoc eorum facultas. Vide infra Rem  
hanc sequens fol. 22.

## RESOL. LI

*Virum Abbatissa possit concedere licentiam donandi  
Monialibus, quam potest Prelatus Regularis suis  
Religiosis?*

*Et an supradicta Abbatissa possit concedere Moniali-  
bus licentiam habendi peculium & facultatem con-  
uerendi in proprios usus, que propriis operibus  
acquirunt? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 22.*

§. 1. **A**ffirmatiuè respondendum est. Et ita docet Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 44. Faustus in thes. Relig. lib. 8. quæst. 22. & alij. Et ratio est: quia Abbatissa habet liberam ad-  
ministrationem bonorum Monasterij, sicut Abbas, vt docet Panormitanus cap. 2. num. 4. de his, que  
sunt à Prelato. Vnde, secundum aliquos, potest da-  
re licentiam expendendi decem ducatos; nam talem  
licentiam potest dare Prelatus, vt docet Cordubain  
sum. quæst. 54. dub. vlt. Lopez de contract. lib. 2. c.  
40. Nauar. de restit. lib. 3. c. 1. p. 3. dub. 1. n.  
169. Ioan. de la Cruz de statu Religionis, lib. 1. c. 3.  
dub. 5. concil. 1.

2. Imò potest Abbatissa concedere Monialibus  
licentiam habendi peculium, quando potest Superior  
Religionis illam concedere, & facultatem conuer-  
tendi in proprios usus, que propriis operibus acqui-  
runt. Doctores, hac omnia docentes, inuenies apud  
Sanchez, ubi supra qui bene limitat hanc doctrinam,  
nisi ex consuetudine, aut Constitutionibus illius Re-  
ligionis, aut precepto Superioris Prelati, arcta sit  
eius facultas. Vide Rodriuez in quæst. regul. tom. 1.  
q. 17. art. vlt.

## RESOL. LII.

*An Religiosi recipientes in Monasteriis aliquem, non  
occasione transitus, vel devotionis, sed recreatio-  
nis causa, incident in paenam huic Constitutionis  
Clem. VIII? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 14.*

§. 1. **A**ffirmatiuè sententiam docet Bartholo-  
mæus a S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. quæst.  
224. n. 5. Sorbo in comp. prænileg. verb. dare, in  
explicat. huic Bullæ, in 10. casibus post. p. 2. præcipi-  
talem. cas. vlt. & nouissimè Bonacina in tract. var.  
disp. 3. punct. 1. num. 12.

2. Sed tu contrarium tene cum Francisco Soula  
in expos. supradicta Bull. §. 7. n. 9. vbi ita ait: Nota  
que de señalar la ley tres causas de venir los seglares  
a los Conventos, no se sigue, que si vinieren por otras,  
no se podra hospedarles: lo uno, porque aquellos casos  
son exemplares, y en los semejantes corre la mismarazon,  
y lo otro, porque no esta en aquello la fuerza, ni intento  
de la ley, sino en emitir gastos sumptuosos, y excessivos,  
y ordenar se exercise la hospitalidad con moderacion  
religiosa, y como esto se guarde, poco importa, que el  
hosped venga al Monasterio por una de aquellas causas,  
o por otra, aunque sea por solo yrse a recrear con los  
Religiosos. Ita ille. Vnde appetet, quām benignè, &  
satis probatice, hic Autor explanet in hac Bulla men-  
tem Pontificis contrariorū rigidas expositiones.

## RESOL. LIII.

*An Novitij includantur in hac Bulla sub nomine Re-  
ligiosorum?*

*Et ex doctrina huic questionis inferior, quod Ne-  
tui possunt confiteri coram omnibus Confessariis ab  
Episcopo approbatis, & quod Novitij non includantur  
in casus reservatos à Superiori Religionum. Exp. tr. 6. Refol. 17.*

§. 1. **R**espondent & optimè, non comprehendi,  
Faustus ubi sup. q. 206. Filluc. tom. 1. tr.  
34. c. 30. n. 60. Sorbo in comp. prænileg. verb. dare, in  
expos. huic Bullæ, & alij. Et ratio est: quia Novitij  
non dicuntur Religiosi, vt bene notat gloss. in  
Clem. Relig. verb. Relig. & ibi Abbas n. 1. & lmod.  
n. 10. Vide etiam Sanchez in sum. tom. 2. lib. 1. c. 5.  
num. 12.

2. Hinc licet Religiosi, non possunt confiteri, nisi  
Confessariis, ab eorum Prælatis designatis, & si alii  
facerent confessio efficeret nulla: \* attamen Novitij  
possunt confiteri omnibus Confessariis ab Episcopo  
approbatis, & Confessio erit valida. Ita aduersus  
Vecchium in præz. Novit. disput. 20. dub. 3. n. 3. &  
Magalam in part. 1. lib. 1. c. 8. n. 20. dicendum est, & pro-  
pria tenet Molfetus in summ. p. 1. tr. 7. c. 14. n. 51.  
Rodriq. qq. regul. tom. 1. q. 27. art. 11. Homo  
bonus in exam. Eccles. p. 1. tract. 5. c. 2. q. 13. Hem-  
iquer lib. 6. c. 16. n. 3. in Gloss. litt. X. & lib. 7. in  
Indulg. c. 22. n. 7. in gloss. litt. Z. & V. & alij.  
Item, \* Novitij non incidunt in casus referuntur  
Superioribus Religionum, quidquid in contradictione  
aliqui assertant; E ita possunt absolvi absque eorum  
licentia. Ita Homobonus de bonis de cas. ref. p. 1. q.  
32. Florus p. 1. c. 2. n. 7. de cas. referuntur. Emanuel  
Sà verb. casu, n. 8. Naldus in summ. verb. Novitij  
n. 7. Graffius in append. lib. 1. c. 7. n. 69. & alij.

## RESOL. LIV.

*Virum Milites D. Iacobij, Alcantare, Calatrava, &c.  
includantur in hac Bulla, ita ut sit illis interdictum  
etiam donare?*

*Ex quo deducitur an predilli Equites sint vere Re-  
ligiosi, & gaudent exemptione gabellarum, &  
etiam nouitij? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 23.*

§. 1. **N**egatiuè respondendum est: nam expedit  
in Bulla Summus Pontifex illos excludit.  
Ex quo colligitur, hos Milites esse verè, & proprie-  
Religiosos: quia exceptio firmat regulam in contra-  
rium. Et ita docent plures, & insignes DD. apud  
Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. c. 16. n. 11. & apud  
Garsiam de beneficiis, tom. 1. p. 1. c. 4. n. 11. & præter illos  
illlos nouissimè defendit mordicus hanc sententiam  
Paulinus Berti in explic. huic Bullæ, p. 2. principali.  
Cenedo de pauper. relig. dub. 50. n. 15. Faustus ubi  
sup. q. 203. & alij, quidquid in contrarium afferant  
DD. apud Sanchez, ubi supra & præter illos Ioan. cam-  
de la Cruz de statu Relig. lib. 1. c. 2. dub. 3. concil. 2.  
Petrus de Ledesma in sum. tom. 2. træt. 10. c. 8. dub. 3.  
concil. 2. Emanuel Sà verb. Relig. num. 4. Valencia  
tom. 3. disp. 10. q. 4. punct. 2. Molfetus in sum.  
tom. 2. træt. 6. c. 2. num. 30. Moneta de conservat. lo-  
dice. o. 10. num. 389. Graffius tom. 1. conf. lib. 3. con. 11.  
de Regularibus.

2. Sed tu tene primam sententiam: & sic, me confu-  
lente, Illustrissimus Senatus huic Verbis concilie-  
dictis Militibus exemptionem gabellarum, que  
vulgo